UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Enchiridion, Sive Manvale Confessariorvm Et Poenitentivm

Azpilcueta, Martín de

Antverpiæ, 1625

De operibus misericordiæ, & sensibus exterioribus. cap. 24.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41661

Visual Library

neceſſario confitendam, quod ob hęc ſit tranſgreſſus.

## De peccato in Spiritum ſanctum.

126 *Peccata in Spiritum ſanctum ſunt deſperatio, præſumptio, impœnitentia, obſtinatio, impugnatio agnitæ veritatis, & inuidia fraternæ gratiæ, & cur irremiſſibilia.*

126 PEccatum in Spiritum ſanctum aliquo nomine accidiæ cognatum definiri poteſt ſecundum mentem Magiſtri & recentiorum communiter *e*, & S. Thomę *f*, & gloſſæ *g*, & aliorum alibi, *eſſe peccatum contra bonitatem Spiritui ſancto attributam commiſſum.* Sicut enim quod committitur ex infirmitate, dicitur contra Patrem, cui attribuitur potentia: & commiſſum per ignorantiam, contra Filium, cui attribuitur ſapientia: ita commiſſum per malitiam dicitur contra Spiritum ſanctum, cui attribuitur bonitas. Peccatum autem in Spiritum ſanctum eſt ſextuplex: Deſperatio, qua tollitur ſpes veniæ. Præſumptio, qua impeditur bonus timor. Impœnitentia, qua fugatur dolor præteritorum. Obſtinatio, qua omittitur cautio futurorum. Impugnatio agnitę veritatis, qua relinquitur cognitio veritatis. Inuidia fraternę gratiæ, qua de gratia proximi quis triſtatur. Quodlibet enim horum ſex peccatorum tollit medium veniæ à bonitate Spiritus ſancti conſequendę, & dicuntur irremiſſibilia *a*, non quidem quia ſit vllum peccatum quod vere contrito non condonetur *b*, ſed quod hęc ſecundum ſuam naturam repellunt media, & principia quibus remittuntur peccata, videlicet ſpem, timorem, dolorem, &c. vt tradit S. Thomas *c*. Quamobrem merito dicuntur grauiſſima, quoties pars animæ ſuperior conſentit in eis: alias enim ſolum ſunt venialia: quia ſubreptio in omni materia excuſat à mortali *d*.

*e* In 2. li. ſent. diſt. 43.
*f* 2. 2. qu. 14. ar. 1.
*g* Ca. ſi ſacer. ſub. fin. de pœn. diſt. 1.

*a* Matth. 12.
*b* Ca. quia diuinitat. de pœn. diſt. 1. & cap. nemo, de pœn. diſt. 7.
*c* Vbi ſup. a. 3.
*d* Ca. ſed penſandum, di. 6. & per ſæpe dicta, præſertim c. 11. nu. 14.

## De quinque ſenſibus exterioribus, & de operibus miſericordiæ.

### CAPVT XXIV.

1 *Senſus exteriores quinque, & quis eorum vſus malus, & mortalis.*
2 *Miſericordia quid, & eſt virtus moralis maxima.*
3 *Eleemoſynæ actus miſericordiæ, cur dicatur charitatis.*
4 *Miſericordiæ opera ſpiritualia ſeptem, corporalia totidem.*
5 *Eleemoſyna ſpiritualis præſtat corporali, quando vtraque præcepta, & 8.*
6 *Superfluum duplex, naturæ tantum, & naturæ, & ſtatus.*
7 *Status decenter conſeruandus, vel mutandus.*
7 *Reſtitui cur non debeat damnum ob eleemoſynam denegatam conſecutum.*

8 Eleemo-

8 *Eleemoſyma potius in vita, quam poſt eam agenda.*
9 *Eleemoſyna ſpiritualis quando cum vitæ periculo præcepta, num.* 10. *&* 11.
9 *Animæ proximi ſalus præferenda corporis proprij ſaluti.*
10 *Franciſcus AZpilcueta & Xauier Societatis Ieſu laudatur.*
11 *Eleemoſyna à danda egenti extreme nullum votum excuſat.*
11 *Conſilium doloſum vel damnoſum quod mortale.*

1 IN præludio ſecundo dictum eſt, quinque eſſe ſenſus exteriores, per quos veluti per quaſdam feneſtellas omnium externorum ſpecies ſiue ſimilitudines in animos noſtros intromittuntur, videlicet viſum, auditum, tactum, guſtum, & olfactum cum multis aliis ad eos pertinentibus: de quibus dicēdum *primo*, quod eorum vſus ſuo genere indifferens eſt, ordinatus quidem bonus: inordinatus vero malus. Ordinatus eſt, quē omnes circumſtantiæ ad actum bonum neceſſariæ circunſtant. Inordinatus vero contra, cui aliqua deeſt: iuxta definitionem actus boni *a*. Eſt autem mortalis, cum ei cōuenit definitio peccati mortalis *b*. Venialis autem cum non conuenit illa ei, & deeſt aliqua circumſtantia ad bonitatem neceſſaria.

Quare per hos ſenſus ille ſolus, & omnis peccat mortaliter, qui videt, audit, olfacit, aut guſtat aliquid, tranſgrediendo aliquod præceptum obligans ad mortale: aut, vt aliquod horum faciat, ſe aut alium periculo probabili mortaliter peccandi obijcit: aut infert damnum notabile animę, ſaluti, honori, aut bonis proximi, aut animæ, aut ſaluti propriæ, per proxime dicta. Et ideo non videtur neceſſe interrogare aliter pœnitentem de peccatis per hos ſenſus patratis, nec vt ipſe confiteatur tanquā facta per os: quia non inducunt circumſtantiam neceſſario cōfitendam, vt dictum eſt *c* de peccatis accidiæ, & filiarum eius.

2 *Secundo* dicendum, quod ex mente S. Auguſt. *d* & S. Thomę *e* miſericordia eſt *virtus moralis, inclinans ad miſerendum ordinate patientis aliquod malum, vel defectum, & ei ſubueniendum* Dixi, *Virtus moralis*; quia non ſolum eſt talis, ſed maxima earum quæ dirigunt ad proximum *f*. Dixi, *Ordinate*; quia miſereri inordinate, etiam ad ſubueniendum, vitij eſt *g*. Dixi, *Subueniendum*; quia miſereri ad puniendum, etiam ordinate, pertinet ad iuſtitiam *h*.

3 *Tertio* dicendum, quod interdum actus, & opera miſericordię vocantur etiā opera charitatis *i*: quia licet immediate procedant à miſericordia, mediate tamen frequētiſſime procedūt à charitate, quatenus amor proximi ex ea immediate procedēs eſt cauſa miſerendi, & volēdi ei ſubuenire. Vocātur etiam eleemoſyna: nā verbum *eleemoſyna* *k* interdum accipitur pro re ſpirituali, vel tēporali, qua neceſſitati alicuius ſubuenitur *l*, & in illo *m*: *Cum facis eleemoſynam, &c.* & in illo *n*: *Date eleemoſynam, &c.* & interdum accipitur pro actu virtutis, quo fit illa ſubuentio, ſecundum mentem S. Tho. *o* & eiuſdem, & S. Bonauenturæ, &

a Poſitam in præl. 7. n. 1.
b Poſita ſub præIud. 9.
c Ca. proximo.
d 9 de ciui. Dei.
e 2. 2. qu. 30. art. 2. & 3.
f Vt idē ibi probat art. 4.
g C. eſt iniuſta miſericordia. 31. q. 4.
h C. omnis, & c. qui emendat. 45. diſt.
i Ca. inter opera charitatis, de ſpōſ. & c. duæ 45. diſt.
k Vt I. di. cōment. diximus.
l Vt in cap. tria, & in c. duæ, 45. diſt.
m Matt. 6.
n Luc. 11.
o 2. 2. q. 32. art. 1.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aliorum *a*,& noſtrorum *b*,& aliorum alibi: nam verbum *eleemoſyna* idem ſonat quod miſeratio. Sicut enim hoc verbum Latinum deriuatur ab illo verbo Latino *miſereor* : ita illud Grecum ἐλεημοσύνη ab ἐλεέω verbo Græco, quod ſonat *miſereor.*

4 *Quarto* dicendum, quod cum malorum,& defectuum alia ſint corporis, alia ſpiritus, duplicia ſunt opera, ſeu actus miſericordiæ, ſiue eleemoſynæ. Altera corporalia, contenta in illo verſu declarato per S. Tho. *c* & per Archidiaconum *d.*

*Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.*

Id eſt, eſurientem paſco, ſitientem poto, captiuum redimo, nudum operio, peregrinum hoſpitor, ægrotum viſito, mortuum ſepelio. Altera ſpiritualia, contenta in illo altero verſu per eoſdem declarato, ſcilicet.

*Conſule, caſtiga, remitte, ſolare, fer, ora.*

Intelligendo per *conſule* etiam doce, id eſt, indigenti conſilio conſule, ignorantem doce, triſtem cõſolare, peccatum corrige, offenſam remitte, oneroſum porta, ora pro alio. Et quamuis inueniantur alia mala,& alij defectus, ratione quorum miſerẽdũ ſit: vt frigus,& ęſtus: nõ tamẽ ideo hęc diuiſio antiqua omittẽda eſt, quod quidã nouatores faciũt. Tũ quia alia poſſunt reducí ad hæc. Tũ quia hęc ſunt communiora,& frequentiora.

5 *Quinto* dicendum, quod miſericordia, ſeu eleemoſyna, ſiue ſit ſpiritualis, quæ melior eſt corporali, iuxta S. Auguſtinum *e*,& S. Thomam *f*, ſiue ſit corporalis, eſt de conſilio, vel ſaltẽ nõ de pręcepto obligante ad mortale, exceptis duobus caſibus. Alter eſt; cum quis habet ſuperflua naturæ,& occurrit,& petit ab eo aliquis egens extreme *g*. Alter, cum quis habet ſuperflua naturæ,& ſtatus,& eſt alius egens neceſſariis ad ſuum ſtatum, vt ſẽtit S. Auguſtinus *h*,& S. Ambroſius *i*,& S. Thomas *k*: quod probatur per adducta ab eo,& à Caietano *l*,& Maiore *m*: quamuis Panormitanus cõmuniter receptus *n*, S. Antoninus *o*,& ſumma Roſella *p* oppoſitum teneant, non recte S. Thomam *q* intelligentes: quorum tamen opinio vera quoad hoc, vt non teneatur alicui occurrenti egenti, tenetur tamen illi, vel alij quem elegerit, vt clare reſoluit S. Thomas *r*. In quibus tamen duobus non eſt de præcepto ſubuenire donando, ſed ſatis eſt ſubuenire commodando, vel mutuando, vt diximus *ſ*.

Extreme autem egere dicitur non ſolum qui iam animam agit, vel ſpirat: ſed etiam cum indicia probabilia apparent eò deuenturum, niſi ei ſubueniatur,& non ſe offert, nec expectatur probabiliter alius qui ei ſubueniat, iuxta S. Thom, *a* & declarat Caiet. *b* Quo fit, vt ratione neceſſitatis extremæ non poſſit defendi opinio Soti, dicentis *c* ei, qui eſt in periculo amittendi ſuum honorem, de pręcepto eſſe ſubueniendum. Tum quia ipſemet *d* dicit, bene hominem eſſe dominum ſui honoris,& famæ, ad condonandum communiter cum merito, ei qui ademerit, quamuis alia ratione infra *e* defendatur.

*a* In 4. libro ſent. diſt. 15.
*b* In d. cap. tria.
*c* 1. 2. qu. 32. art. 2.
*d* In d. cap. tria ſcilicet.
*e* In d. c. duæ
*f* Dict. q. 32. art. 3.
*g* Cap. paſce, 86. diſt. l. necare, ff. de liberis agnoſcend.
*h* In c. quid dicam, 14. q. 4. c. hoſpitales, 25. diſt.
*i* In ca. ſicut hi 47 diſt.
*k* 2. 2. q. 32. articul. 5.& quodlibet. 8. ar. 12.
*l* Ibid.& neruoſius in 2. tomo de præcepto elee. moſ. q. 6.
*m* In 4. diſt. 15. q. 5.
*n* In c. ſi vero, de iureiu.
*o* 2. par. tit. 1. c. 14.
*p* Ver. eleemoſyna.
*q* In d. art. 5.
*r* In dicto quolib. a. 12.
*ſ* Sup. ca. 19. nu. 61.& in tracta. de reditibus eccleſ. quæ. 2. monit. 3.
*a* In 4. d. 15. q. 2. a. 4. q. 4.
*b* In dicto tract. ca. 2.
*c* Lib. 5. q. 3. ar. 4. de iuſt.& iur.
*d* Lib. 4. qu. 6 a. vbi ſupra.
*e* Eod. n. 17.

6 *Sexti,*

6 *Sexto*, quod ſuperfluum naturæ *f* dicitur omne id quod alicui ſupereſt demtis neceſſariis ad vitam ſuam, & ſuorum. Superfluum vero ſtatus eſt id quod ſupereſt alicui deductis neceſſarijs ad vitam, ſtatumq; decentē ſuum, & ſuorū, habita ratione caſuum, non omniū, qui contingere poſſunt, ſed eorum qui probabiliter timeri, vel expectari debēt, ſecundum omnes: quibus Caiet. addit, quod ad eundē etiam ſtatum pertinent ea, quę neceſſaria ſuſtētādis filijs, filiabus, mancipijs, famulis, hoſpitibus, cōuiuijs, muneribus honeſtis, & magnificētijs moderatis: ſed & ſentit S. Th. & exprimit Caiet *g* & melius Sylueſter *h*, quod neceſſariū ad ſtatus decentiā nō conſiſtit in puncto indiuiduo, ſed habet latitudinē eo maiorem, quo maior eſt ſtatus: quia in vno erit decē plus, aut decē minus: in alio centum plus, centum minus: & in alio mille plus, mille minus, &c. *i* & iuxta ea quæ de pretio iuſto, pio, mediocri, & rigoroſo dicta ſunt *k*.

f De quo ſup

g Vbi ſupra.
h Ver. eleemoſyn. qu. 1. parag. 3. in Roſa. aur. caſu 53.
i Arg. l. 1. ff. de iure deli. & ca. de cauſis, de offic. deleg.
k Sup. c. 17. num. 228.

*Septimo* dicēdū, quod ex hoc ſequitur, facile iudicandum non eſſe aliquē ſecularē plura, quā quæ ſuo ſtatui neceſſaria ſunt, habere: cū etiam ille qui ad aliquod dominiū emendum, & mutandum ſuū ſtatum in aliū maiorem, ad quem idoneus eſt, pecunias congerit, nō habet plus, quā ſuum ſtatū deceat, vt dictū eſt. Dixi *l*, *Secularem*; quia Eccleſiaſtici non poſſunt in tot fines, acilli pecunias coaceruare, vt infra *m* attingetur. Sequitur item Roſellā ſine iuſta ratione dixiſſe paucos diuitū cōfeſſarios ſaluatū iri, ſi eleemoſyna in prędictis duobus caſibus de præcepto foret: nō enim tot ſunt, quot putat, huiuſmodi diuites, quibus ſit ſuperfluū ſtatus, cū nec Reges, & magni Principes, qui habēt theſauros ad bella, quę probabiliter cōtra ſuas reſpublicas timēt, aut quæ pro illis gerere debent, ſuperflua habere cenſeantur.

l Cap. præced. num. 73.
m Seq. cap.

7 *Octauo* dicendum, quod nemo tenetur ad dandam eleemoſynā de ſuo ſtatu decenti neceſſario, niſi egēti extreme: quia quiſque debet decenter viuere, aut ſtatum ſuum in alium mutare, vt ſingulariter S. Thomas docuit *n*, pro quo eſt cap. *quorum o.*

n In d. q. 32. ar. 6.
o 24. q. 1. & princip. c. 1. & 2. 41. diſt.

*Nono*, quod quāuis nō ſoluens debitum quando, vbi, & quomodo debet, ad reſtituendū damnū, quod ex illa mora creditor accipit, teneatur, iuxta ſupradicta *a*: qui tamē pauperi eleemoſynā nō dat, etiā ſub peccato mortali debitā, nō tenetur ad reſtituendū ei illā eleemoſynā, nec dānum, quod inde illi proueniet, quia, vt latius *b* diximus, charitas nō obligat ad reſtituēdum illud, ad quod alicui dandum, aut faciendū ſub pœna peccati mortalis obligat, iuxta Alexandrū Alensē *c*, & communem, quā pulchre defendit Adrianus *d*, cōcludendo ad reſtitutionē nō teneri eū, qui cū verbis, aut factis poſſet, furtum & damnū proximi nō impediuit: niſi ex officio, & iuſtitia ad id teneatur.

a Capit. 17. num. 24.
b In repet. c. inter verba, 11. q. 3. concluſ. 6. & in tract. de reditib. eccleſ. q. 2. monit. 2.
c 3. par. q. 87.
d In 4. de reſtit. q. 1. col. 9

8 Omittimus autē hic gratia breuitatis encomiō eleemoſynę, quam ſibi gratiſſimā eſſe Chriſtus ipſe teſtatus eſt *e*, & per totā ſuā ſacram Scripturam, & ſuos ſacros doctores, quorum ſummus Auguſtinus *f* ſic dixit: *Non memini me legiſſe aliquem male*

e Luc. 11. & Math. 25.
f In ſerm. 4. ad fratres in Erem.

*mortuum fuiſſe, qui viuens opera pietatis bene exercuerit.* Quibus adde ſi placet ea, quę ſcripſimus g. Quare, vt alienum eſt ab omni iuſtitia, per fas, & nefas, quo iure quaue iniuria coaceruare diuitias: ita quoq; à prudētia Chriſtiana ſeruare illas, eleemoſynis dū vita manet parcēdo, & ad hęredes relegādo, iuxta illud Agonis glorioſiſſimę eiuſdēque patronæ noſtrę Luciæ ad matrem.

g In ca. medicamen. de pœn. diſt. 1.

*Res ſeruata perit, miſeris data porrigit alas*
*Ad ſuperos, alæ duplices, argentea læua,*
*Aurea dextra, viamque datori ad ſidera pandit.*
*Certa præit viuos pietas, incerta ſepultos*
*Conſequitur: nam quod noſtri eſt dum vita ſuperſtes*
*Arbitrij, mox eſt alieni vt vita receſsit.*

Non eſt item benignitatis Euangelicę, imo neque humanitatis Ethnicæ pauperem petentem à ſe aſperis verbis repellere, etiam cum ad largiendum ei eleemoſynam non tenemur: licet non ſit mortale, iuxta S. Auguſtinum *h*: quamuis enim non debeatur eleemoſyna realis: debetur tamen benigna reſponſio, vt recte aduertit Maior. *i*

h Ca. vnum ſub ſi. 25. di.
i In 4. diſt. 15. q. 7.

9 Circa vero prędicta opera miſericordiæ, ſiue eleemoſynæ peccat mortaliter *primo*, qui habens ſuperfluum, etiam tantum naturæ, non cibat, potat, vel veſtit egentem extreme, & occurrentem. Dixi, *Occurrentem*; quia non tenetur quis quęrere alios: niſi id ei ex officio incumbat, per prædicta. Idem de non redimente, ſaltem mutuando captum, quem credit alias iniuſte occiſum iri. Idem de non viſitante, non hoſpitante, non ſepeliente, cum extrema neceſſitas proximi ea exegerit, per ſupradicta. Per quod reſpondetur ad noue quęſitum, quod non tenetur ſub culpa mortali quærere eiuſmodi egentes in carceribus, hoſpitalibus, & alijs locis.

*Secundo* peccat mortaliter, qui grādi, licet nō extrema, neceſſitate preſſo nō fert opē neceſſariā quā commode ferre poteſt, & credit neminem alium eam ei laturum, per dicenda infra.

*Tertio* peccat mortaliter, qui non facit aliquam de ſeptem eleemoſynis ſpiritualibus prædictis eius extremam neceſſitatē, quoad animæ ſalutem patienti: etiamſi id non poſſet abſq; iactura vitę corporalis facere, quia tenetur quis pręferre animam proximi ſui corpori, vt probat vterque Thomas *a*. Raro tamen eiuſmodi neceſſitatem patitur Chriſtianus, vt diximus *b*, quum per contritionem abſque alia ope ſaluari poſſit *c*. Patitur tamē illam, qui exiſtens in culpa mortali, & proximus morti putat ſe quauis peccatorum attritione ſaluum fore, & ideo non curat eam augere ad perfectionem neceſſariam *d*: tunc enim videtur extreme indigere doctrina de vera contritione. Eandem etiam neceſſitatem patiuntur paruuli Chriſtianorum morti proximi exiſtētes apud infideles vel apud fideles neſcientes baptizare. Dixi, *Chriſtianorum*; quia ſecundum ſententiam S. Thomæ receptiorem, filij infidelium adhuc expertes rationis ſine parentum con-

a 2. 2. q. 26. a. 5. ad 3. & q. 32. ar. 5. & 6.
b In c. inter verba, 11. q. 3.
c Cap. dixit. & ca. magna de pœn. diſt. 1.
d Iuxta d. c. 1. num. 1.
e 2. 2. q. 10. a. 12. & 3. par. q. 68. ar. 1.

tum conſenſu non debent baptizari.

10 Eandem etiam pati dici poſſunt multi Gentilium in Indijs Braſiliç,& Peru,morti propinqui,qui cõuerterẽtur, ſi fide Catholica eruditẽtur.Qualẽ habuiſſe ſatis videtur arbitratus magnus ille Dei ſeruus Magiſter Frãciſcus ab Azpilcueta,& Xauier, vnus ex primis decem illuſtriſſimi, vtiliſſimique noſtro ſeculo ordinis Societatis Ieſu,cognatus noſter,& amiciſſimus, Gẽtiles cuiuſdam Inſulç,ad quibus prędicandũ per varios caſus,variaq; diſcrimina rerũ,cũ probabili periculo vitę profectus fuit *f*, qui poſtea ibi,& alibi Euãgelio magno cum fructu prędicato,anno 1552,traiecit in ampliſſima Chinarum regna literarum ſtudij, & ſeculari politia florentiſſima,Tartarięque vt creditur cõtermina:quamuis etiam licite& heroice potuit ille eiuſmodi pericula ſubire pro animarũ illius gentis ſalute,licet non iudicaſſet eã in extrema neceſſitate conſtitutam,nec ſe ad id de præcepto obligatum: vbi admirabili cũ exemplo cruces noſtras tollendi, & Chriſtum Opt.Max. crucifixũ ſequendi,vitam Apoſtolicam mortalem,quæ illi quoddã martyrium iam inde ab initio prædictę Societatis fuit,cum immortali commutauit. Cuius rei Altiſſimus,cui tam feruenter inſeruiuit,multa ſigna dedit,corpus eius in dura caſa montis aſperrimi ſolitarie mortui illęſum prçſeruando,Luſitanoſq; aliquot caſu illuc appellentes nullo alio vinculo,quã charitatis coniunctos mouendo, vt terras ſibi vetitas intrare auſi quęrerent illud,quæſitumque naui inferrẽt,in eaque ad Goam bis mille leucis,& à Luſitania quatuor millibus diſtantem tranſueherent. Mouendo item innumeram multitudinem,primum Malacæ,deinde Goæ,ad excipiendum eum de naui honorificentiſſime,& reponendum in Eccleſia, ſimul magna deuotione colendum,vt & nunc colitur: exemplo ſuo adhortans nos omnes,vt Deum Opt.Max. ex animo oremus & flagitemus,quo multos tanto muneri aptos efficiat,eiſque fortem animum inſpiret commigrandi eo,vbi tanta meſſis,& tam pauci ſunt operarij: vbi etiam ipſe iam pridem vitam finijſſem, niſi ille,quando Vlyſſippone diſceſſit,me iam ſeneſcentem, laboribus animo ſuo conceptis imparem iudicaſſet, ſcribens vt abſentiam patienter ferrem in terris,præſentiam ſperãs in cœlis.Amen. Quæ prędicta conſequitur *primò*, eum, qui non eſt parochus,nec prçlatus non teneri cum probabili periculo vitæ ſuæ corporalis ad inuiſendum peſtilentia,aut morbo contagioſo infectum,& in extrema neceſſitate vitæ corporalis conſtitutum:quamuis ſecus,ſi in extrema ſpiritualis verſaretur. In quod reſoluendum eſt quod dicit Gabriel in quodam ſermone.

*f* Vt copioſius in repet. c.ſi peccauerit 2.q.1.explicuimus.

11 *Secundo*,nullo ſtatu,voto, aut præcepto humano excuſari quẽ,ſi alioqui poteſt,à ſubueniẽdo proximo in extrema neceſſitate cõſtituto:adeo quidẽ,vt etiam clericus religioſus debeat detegere proditiones,& coniurationes contra Rempub factas, & ſi opus fuerit in remedium,etiam cõiuratores ipſos: nec fiet

irregularis, licet ob eas illi morte plectātur: modo id faciat proteſtatus ſe id facere vt periculo imminenti citra ſanguinis pœnam obuietur *a*, quod recte adnotauit Caietanus *b*.

*Tertio* ſequitur, magna laude dignos eſſe, qui ſęuiente peſte ægrotantibus ſpiritualia miniſtrant, licet ad id non teneantur, per ibidem dicta.

*Quarto* peccat mortaliter, qui cōſulit mortale aliquod proximo, aut dolo vel culpa lata aliquid notabiliter noxiū, per prędicta *c*: niſi id faceret quo minus peccaret, iuxta S. Auguſtinum. *d* Quædam hic antea poſita de non docente, de ignorantia, cōſilio, rancore, triſtitia, & oratione prętermittimus, ne ſupra opportunius dicta repetamus.

a Iuxta cap. prælatis, de homicid. li. 6.
b 2. 2. q. 33. art. 7. relatus ſupra, c. 18. num. 54.
c Capit. 14. num. 28.
d Relatum in capit. ſi quod verius, 3. q. 2.

## De correctione fraterna.

12 *Correctio fraterna quid, & qui ad eam teneantur.*
13 *Correctio fraterna de ſolis mortalibus facienda.*
14 *Correctionis fraternæ ordo, & quando non ſeruandus.*
14 *Corrigens intentione mortali, vel cum damno notabili, vt peccat.*

20 DIcendum *primo*, quod ftaterna correctio vna de ſeptem eleemoſynis ſpiritualibus, *eſt monitio proximi ſecreta, aut coram teſtibus, vt ſe à peccato emendet a*, ad quam præcepto naturali tenemur omnes, etiam infideles, & etiam Euangelico *b* omnes fideles, prelati, & ſubditi, iuſti, & peccatores: quamuis magis prælati, quam alij, & qui maioris ſunt auctoritatis, quam qui minoris, modo quatuor cōcurrant. *Primum*, quod certum ſit proximum peccare peccatum mortale, vel veniale periculoſū. *Secundum*, quod ſperetur emendatio, aut ſaltem non timeatur deterioratio. *Tertium*, opportunitas non ſolū perſonæ, ita quod magis ipſe, quā alij, ad id teneatur, ſaltem conſiderata corū, ad quod id magis ſpectat, negligentia: ſed etiam tēporis, quæ colliguntur ex vtroque Thoma *c*, Adriano *d*, Soto *e*, Innocentio, Panormitano, & alijs *f*, Archidiacono, & alijs, præſertim Turrecremata *g*, quamuis de nōnullis horum inter illos ſit cōtrouerſia, quam tollere *h* niſi fuimus. *Quartum*, vt ea cōmode fieri poſſit, id eſt, abſque damno notabili ſalutis, honoris, famę, & fortunarum corrigentis: niſi emendandus ſit in extrema eiuſmodi correctionis neceſſitate quod raro contingit, per ſupradicta. Nec (quidquid aliqui dicant) excuſatur quis ab ea facienda eo quod ſit in peccato mortali, cum nemini ſua malitia prodeſſe, aut bonitas nocere debeat *i*: cumque quilibet poſſit ope diuina (quæ numquam facienti quod in ſe eſt denegatur) ſuorū peccatorum pœnitere, & eorum veniam conſequi *k*.

*Secundo* dicendum, quod ex his ſequitur reſponſio ad noue quæſita, *primo*, quod nō peccat quis peccato mortali omiſſione correctionis, eo quod non corrigat eum qui per ignorantiam

probabilem

a Arg. c. nouit. de iud. & c. ſi peccauerit. 2. q. 1.
b Matth. 18.
c 2. 2. qu. 33. & S. Tho. in 4. lib. ſent. diſt. 9.
d In 4. de correct. frater.
e Lib. de rat. teg. membr. 2. q. 1.
f In c. de nouit. de iud.
g In c. ſi peccauerit, 2. q. 1
h In d. c. ſi peccauerit.
i Cap. 1. de pact. præl. l. itaque fullo, ff. de fur.
k Cap. ponderes, 60. d.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

probabilem die ieiunij, vel feſti non ieiunat, vel nõ audit miſſam: quia in eo non peccat ille mortaliter, nec venialiter periculoſe, quo ceſſante ceſſat præceptum de corrigendo, per prædicta. *Secundo*, quod peccat, ſi non corrigit eũ, qui peccat ex ignorantia nõ probabili, vel fragilitate: præſertim quũ id cõmode facere poteſt, iuxta poſita *l*. *Tertio*, quod non peccat negligẽtia corrigendi, qui tranſiens per terram hæreticorum nõ reprehendit eos tractãtes ſacramenta, vel imagines irreuerenter, vel docentes, aut prędicantes hæreſes, ſi nulla eſt ei ſpes emendationis, imo timor auctionis mali: quia deeſt ſecundum eorum quatuor quæ dicta ſunt ad obligationem corrigendi requiri.

l Infra, n. 25.

13 Ex quibus ſequitur, quod quamuis laudabile ſit corripere proximũ de peccatis venialibus, puta riſu inordinato, ſermone otioſo, nimia audiendi curioſitate: nõ tamen eſt mortale id nõ facere, iuxta S. Antoninum *a*. Confeſſarius autẽ nullatenus, nec publice, nec ſecreto debet corripere quemquam de peccatis ab eo ſibi confeſsis, vt recte monuit Sotus *b*, & probatur copioſe per ea quæ dixi *c*: niſi pœnitens ſignificaret id eſſe ſibi gratum, inducendo colloquia, vel cõſulendo ſuper eis. Sequitur item, non eſſe interdum peccatum, imo meritum, differre correctionem cuiuſpiam, quouſque in maius delabatur, quo aptius correptus emendetur ab vtroque. Dixi, *Interdum*; vt cum is, qui debet corrigere probabiliter credit eũ, qui peccauit, per negationem peccati, vel aliquas alias circũſtantias eius non emendatũ iri, ſi tunc corrigatur: & ſi exſpectetur alius caſus, in quo deprehenſus corrigatur, ſic, quia hoc effectu eſt temporis opportunitatem exſpectare. Qua conſideratione excuſari videntur, qui pueris ad furtum, & alia vitia procliuibus permittunt occaſiones in ea labendi, vt in eis comprehenſi vtilius caſtigari queãt.

a 2. part. tit. 16. c. 6.
b Vbi ſupra memb. 2. q. 1.
c In ca. inter verba, concl. 6. & in cap. ſacerdos de pœn. diſt. 6.

14 *Tertio* dicendũ, quod ordo corrigendi eſt, vt primum ſecreto, & fraterne peccans corripiatur. Deinde, ſi ſe ob id non emendat, corã duobus teſtibus, & poſtea iudici denuntietur *d*: niſi damni periculum eſſet in mora, & non eſſet ei certum ſua monitione illum ab eo ceſſaturum. Si enim de hoc certus eſſet, non deberet ſtatim iudici denuntiare, ſecundum S. Thomã *e* ab omnibus receptũ *f*. Dixi, *Si certus eſſet*; quia ſi dubitaret, ſtatim deberet iudici denuntiare. Quod conſequitur raro opus eſſe fraterna correctione ſecreta circa proditiones Reipub. & hæreſes fidei Catholicę: quia raro quis pro certo habere poteſt talem proditionem, aut hæreſin penitus ceſſaturam. Non eſt item opus ſecreta admonitione quando peccatum publicum eſt, iuxta S. Thomã receptum *g*. Eſt autem publicum (vt paulo clarius quam Caietanus, & alij diximus *h*) ad hunc effectum, quod eſt notorium iure, vel euidentia facti, vel ſaltem fama *i*.

d Matt. 18. & capitul. ſi peccauerit, 2. q. 1.
e 2. 2. q. 33. art. 7.
f In cap. nouit. de iud. & in 4. diſt. 10. & ab Adria. in 4. de corect. frater, & à Soto de rat. teg. mẽb. 2. q. 4.
g 2. 2. q. 33. art. 7.
h In d. cap. inter verba.
i Arg. ca. fin. de cohab. cleri. c. final. de temp. ordin. c. ſi fama & c. presbyter. 2. qu. 5.

*Quarto* dicendum peccare mortaliter eũ, qui proximum de aliquo peccato cum intentione mortaliter mala corripit, aut de peccato occulto coram illius ignaris, non ſeruãdo ordinẽ ſupra

 dictum:

dictum, cum damno notabili illius famæ, aut illius probabili periculo *k*: nam etiam peccat, qui reuelat illud ſuperiori, non ſeruata forma prędicta, etiam in finem, vt prouideat, ne illud iteret, vt recte aſſerit Sotus *a*, & ante illum Adrianus, quem ille non citat, contra Richardum *b*.

k Per d. cap. 17. num. 16.
a Vbi ſupra. memb. 6 q. 2. pag. 11.
b In 4 libro ſent. diſt. 19. art. 8. qu. 8.

## De defenſione proximi, quando ſit neceſſaria.

15 *Emendatur cap. non inferenda 23. quæſt. 3.*
16 *Iniuriam inferre imbecillitas, propellere virtus.*
17 *Defendere omittens peccat, ſi conſentit, & etiam diſſentiens ſi tenetur etiam cum incommodo.*
17 *Defendere vitam, & bona proximi, & impedire dãna vt tenemur.*
18 *Defendere omittens non omnis conſentit, & quis præſumitur conſentire.*
19 *Defendere omittens opitulando peior ſimpliciter omittente.*
19 *Defendere omittens qui præſumitur conſentire & opitulari.*
19 *Irregularis non eſt ſimpliciter conſentiens homicidio facto, vel faciendo.*
20 *Defenſionis omiſſio, etiam ſine conſenſu, cur peccatum.*
20 *Defendere qui omittit, conſentit, vt verum, triplici opinione confutata.*
21 *Intellectus nouus cap. quantæ, de ſent. excom.*
21 *Scientia ſola apparatus delicti cur interdum morte plectitur.*
21 *Defenſionis ex charitate omiſſio cur impunis in foro exteriori.*
22 *Defenſionis quæ omiſſio irregularitatem, & cenſuras inducit.*
22 *Defendere proximum à damno magis præceptum, quam ſubuenire ei ad lucrum.*
22 *Damnum proximi etiam mediocre quando impediendum.*
23 *Peccat mortaliter, qui proximi mortale peccatum non impedit.*
23 *Eleemoſyna cur neceſſario fiat, etiam inuito, non egenti illa extreme.*

15 HVic loco ad id opportuno, pie lector, inſeram ſummam eorum, quę huc pertinentia continet comment. ca. *non in inferenda c*, qui eſt quintus eorum, qui Manuali Hiſpano adiungebantur: ea igitur eſt, quod ibi *d* admonui cap. *illud* eſſe decerptum ex *e* S. Ambroſio, ſed vitioſe, quatenus habet, *ferenda*, pro, *inferenda*: & *imbecillis*, *ſiue imbellis*, pro, *bellicæ*: & poſt verbum *fortitudinis*, verbum, *repellere*, ſuperfluum: ita quod eſt ſic legendum.

c 23. q. 3.
d Num. 1.
e Ca. 27. lib. 1. de offic.

*Non in inferenda, ſed in depellenda iniuria lex virtutis eſt: qui enim non repellit à ſocio iniuriam, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quam ille, qui facit: vnde S. Moyſes, hinc prius orſus eſt tentamenta bellicæ fortitudinis: nam cum vidiſſet Hebræum ab Ægyptio iniuriam accipientem,*

*defendit,*

*defendit,ita vt Ægyptium proſterneret,atque in arena abſconderet*. Salomon quoque ait *a*: *Eripe eum qui ducitur ad mortem.*

16 *b* Colligimus autem ex eo,quemuis Principẽ magnanimũque virũ debere ſibi perſuadere imbecillitatẽ eſſe,& non fortitudinem iniuriam inferre,indignamque eis eſſe perſuaſionem illam,qua quidã putant,ſe,vel ſuos amicos nil poſſe, aut nil facere,niſi poſſint,aut faciant impune ea,ob quæ alij puniuntur, per multa ibi adducta:verbũ enim,*virtutis*,in illo c.*poſitum* more caſtius loquentium,fortitudinem ſignificat, vt in illo Cicero *c*.*Omnia ſumma conſequutus eſt virtute duce,comite fortuna.*

*d* Et paulo poſt,quod peccat , qui proximum non defendit, quod ipſe S.Ambroſius ibidem comprobat exemplo Moyſis *e*, & auctoritate Salomonis *f*.cui concordat Auguſt. *g* & Symmachus *h*,& grauius Innocentius III.

17 Deinde *k* multa dubia contra cõcluſionem hãc adduximus: pro quorum reſolutione *l* poſuimus *primam* ſex declarationum, ſcilicet eã plane procedere in eo,qui non defendit conſentiendo:quia ſiue defendere poſſit,ſiue non,ſiue ſit præſens,ſiue abſens,conſentiendo iniuriæ peccat,& tale peccatũ,quale qui iniuriatur,iuxta illud Apoſtoli *m*: *Digni ſunt morte non ſolum qui faciunt,ſed etiam qui conſentiunt*.& tradit S.Thomas ſpeciatim *n*.

*o* Continetur deinde *ſecunda* declaratio,ſcilicet quod non procedat prædicta concluſio in eo, qui ad defendendũ nõ tenetur, ſecundum vtrumque Thomam *p*:non tenetur autem ad defendendum,qui ſine damno honoris,exiſtimationis , aut pudoris, id facere non poteſt,ſecundum Felinum *q*. cui nemo contradicit,nec nos vmquam in cathedra contradiximus ante prædictum commentarium:in quo tamen id facimus ob multa,quorum ſummam ex præmiſſis , & ſubiectis declarationibus colligas.E quibus eſt,quod in extrema neceſſitate noſtræ defenſionis conſtituto ſubuenire tenemur,etiam cum damno omnium eorum,quæ ad conſeruandam vitam noſtram non ſunt neceſſaria,& conſequenter honoris,pudoris,exiſtimationis , & fortunarum ſuſtentandæ vitæ nõ neceſſariarum,iuxta illud S.Ambroſij *r*: *Si quum rapitur quis ad mortem , plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morituri,non eſt leue peccatum.*

Vnde *a* reſoluimus , quod charitatis lege tenemur ad defendendam proximi vitam,ne iniuſte ei adimatur , etiam cum incommodo omnium prædictorum,ſine tamen vitæ periculo.

Dixi, *ne iniuſte ei adimatur*; quia non tenemur ad redimendam vitam iuſte cõdemnati,etiamſi Rex,vel lex,ſtatutum , aut ſententia pecunia redimendi facultatem facerent:& ita limitandũ eſt prædictum ca.*non ſatis*.Tum quia ſanctum , & vtile eſt eius animæ,vt ea ſic ei adimatur,per doctrinam Scoti *b*. Tum quia alioqui Rex ipſe,vel iudex damnãs eũ in primis peccaret non redimendo quod eſt abſurdum . Poſſet autem eiuſmodi damnatus vendere ſe in ſeruum redimenti pretio redemptionis,per

a Prou.24.
b In n.2.& 3.
c Ad plautum.
d In n.4.& 5.
e Exod 2.
f Prou.24.& idem ait in c. paſce,86.d.
g In ca.fin. eadem cauſ. & quæſt.
h 36.diſt.in princ.
i Cap.quanta,de ſent, excommun.
k In n.6.7.& 8.
l In num.9.
m Ad Ro.1.
relatum in c.1.de offic.de leg.
n 1.2.q.60.a. 8.& 2.2.qu. 154.a.4.
o In n.10.&11
p 2.2.q.62. art.7.
q In ca.2.de hæret.& in d.c.quanta relatum à nobis ſupra cap.14.n.6.
r Relatum in c.non ſatis, 86.diſt.
a In n.12.& 13
b In 4 diſt. 15.q.3.parag. de ſecundo, relatum ſupra c.15.n.13

ea quæ dicta ſunt ſupra *c*,& quod eadẽ lege charitatis tenemur etiam ad defendẽda illa eius bona,ſine quibus vita eius ſeruari nequit *d*,& etiã ad impedienda eius damna externa, etiã cum incõmodo noſtro pecuniario,ſi probabiliter credimus, nullum alium id facturum *e*:niſi dãnum proximi eſſet tam paruum, vt arbitrio boni viri non debeamus nobis incommodare tantũ, quantum opus eſt ad illa impedienda *f*:vel niſi ſcandalum, vel maius damnum inde ſequeretur. Dixi, *nullum alium id facturum.* Tum quia id ſignificant pręd icta ca. quatenus loquũtur de boue errante,& de aſino iacente in via, ad quem reducendũ, vel leuandum frequenter alij non inueniuntur. Tum quia tollitur neceſſitas,ſi eſt alius,qui occurrat ei. Dixi, *pecuniario*; quia nõ tenemur ad id cũ damno honorario, niſi quando dãnorum magnitudo,& honoris paruitas aliud ſuaderent: quia vt dictũ eſt, *g* maioris ſit honos,quã pecunia. Per quod excuſantur multi viri graues à defenſione puerorũ,& leuium hominum, quos alij pugnis cędunt,niſi ipſi citato gradu,& cum notabili honoris,& exiſtimationis iactura eis ſuccurrant. Dixi, *vel niſi ſcandalum, vel damnum inde ſequeretur*, quo excuſatur, qui clara voce non contradicit concionatori alicui ex pulpito grauiter detrahẽti,& qui non liberat iniuſta morte dãnatum,& ad ſupplicium tractum, ne ex eo tanta ſeditio inter exequutores, & alios excitetur, vt probabiliter mortes,& vulnera innocentium timeantur, vt recte tetigit Adrianus *h*, addens, non teneri quem ad detinendum hœdum aliquorũ,ne ſe de rupe præcipitet, ſi credit ſe interfectum iri ab eis ſuam intentionem bonam ignorantibus.

18 Itẽ *i*, quod aliqui tenentur defendere ſe,& alios,non ſolum lege charitatis,ſed etiã iuſtitię. Reges enim, & alij ſuperiores lege iuſtitiæ tenentur defendere ſe, & ſuos ſubditos: & contra ſubditi ſuos ſuperiores *a*, præſertim feudatarij, & eorũ domini *b* patres itẽ, tutores, curatores, heri, pędagogi, parochi, cuſtodes, & alij ſimiles:& è cõtrario, eos filij, pupilli, minores, famuli, mancipia, parochiani, & cuſtoditi, per notata à Panormitano *c*.

*d Tertia* ſequitur declaratio concluſionis prædictæ, videlicet, quod multi ab iniuria nõ defendẽtes, ei vere non conſentiunt: vnde textus pro concluſione citati, habentes, quod qui non defendit cum poſſit, conſentit, non ſunt intelligendi de vero conſenſu, ſed de præſumpto,& cũ demũ etiam de præſumpto, quũ tenetur defendere,& cõmode poteſt: quãuis enim quis teneatur ad defendendũ aliquem cũ damno omnium ſuarum facultatum; præſumi tamen non debet conſentire, ſi illud non niſi cum tali damno facere poteſt. Tum quia in dubio non eſt præſumẽdum delictum *e*: & dubium eſt, an qui omittit defendere cum tanto dãno, omittat defendere ob cõplacentiam iniuriæ, vel ob dãni euitationem:& hoc poſterius præſumendo vitatur præſumptio delicti. Tum quia experientia, quæ eſt rerũ magiſtra *f*, docet multos principũ,& aliorũ familiares minime impedire

c Ca. 23. n. 96.
d Arg. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. c. præterea, de offic. deleg.
e Arg. Exo. 23. & Deut. 22.
f Arg. l. præſes, C. de ſeruit. c. ſi non licet 23. q. 5.
g Ca. 18 n. 47
h In 4. de corre. frat.
i In nu 14.
a Arg. cap. regum c. adminiſtratores, 23 q. 5. c. ergo de iureiur.
b Capitu. de format. 22. q. 5. & c. 1. de forma fideli. in vſib. feud.
c In ca. 1. de reſtit. ſpol. n. 9. arg. l. vt parentibus ff. de iuſt. & iur. c. duo ſũt dñi minia, 23 q. 4. l. 1 C. de emendatione propinqu. & præcep. 4. Decal. quod ad eos extẽdi dict. eſt ſupra c. 14. n 3.
d In num. 15
e Capit. 1. de reg. iur. & l. merito, ff. pro ſoc.
f Cap. quam ſit de elect. lib. 6.

pedire innumeras iniurias, ad quas impediēdas, etiam cū damno facultatum tenentur, non quidem quod illæ eis placeāt, ſed ne gratiam eorum, & ſpem donorum amittāt. Ex quibus infertur, frequentiſſime quem præſumi conſentire iniuriæ, qui vere non conſentit: & contra non conſentire, qui vere conſentit.

19 g *Quarta* accedit declaratio, ſcilicet quod multum intereſt inter non defendere ſolum, & non defendere, & conſentire ex vna parte, & inter cōſentire, & auxilium præbere ex altera. Tū quia prius tantum eſt peccatum contra charitatem, aut miſericordiam, & contra præceptum de diligendo proximo, vt recte ſenſit Sotus *h*: poſterius vero, videlicet, conſentire, & auxiliari iniuriam inferenti, eſt contra iuſtitiam, vt ibi late probatur. Tum quia prius non obligat ad reſtituendum, poſterius vero ſic: quia vt ſupra *i* diximus, qui ſolum contra præcepta charitatis & miſericordiæ peccat, damnum inde ſequutum reſtituere non tenetur: qui vero contra iuſtitiam peccat, ſic.

g In nu. 16.
h Lib. 4. q. 9. ar. 3. de iuſt. & iur.
i Cap. 17. n. 11. Tracta. de reditibus Eccleſ. q. 2. nouit. 2. & in locis ibi allegatis.

k Adiungitur *quinta* declaratio, ſcilicet quod non omnis, qui iniuriæ conſentire præſumitur, iniuriam inferenti auxiliari præſumitur, ſaltem auxilio quod delicti participē eum directe faciat. Tum quia duæ præſumptiones ſpeciales non debent circa idem concurrere, præſertim ad augendum delictum *a*: quod fieret, ſi non ſolum conſenſus, ſed etiā auxilium præſumeretur. Tum quia communis opinio, quam tenet Panormitanus *b*, quamque ait communem Decius *c*, tenet, non delinquere communiter iure ciuili, qui ſolum non defendit: & quamuis iure canonico regulariter delinquat, non tamen eſt puniendus in foro exteriori: & ſi præſumeretur auxiliari, contra dicēdum eſſet, cum vtroque iure opem ferentes delinquenti puniendi ſint, ſecundum omnes *d*. Tum quia vt ſentit gloſſa *e*, & clarius Innocentius communiter receptus *f*, qui non impedit homicidium, quod nouit tractari, non fit irregularis eo ſequuto, & ſi præſumeretur opem tuliſſe, cenſeretur talis. Tum quia vt quis incurrat excommunicationem can. *ſi quis ſuadente g*, non ſufficit vt conſentiat etiam malitioſæ clerici percuſſioni; ſi eius nomine non fiat, nec aliquo modo iuuet: & ſi præſumeretur iuuare, cenſeretur excommunicatus *i*.

k In num. 17.
a l. 1. Cod. d. dot. promi. & not. per Car. in cap. quia citra de conſang.
b In ca. 1. de reſtit. ſpol.
c In ca. 1. de offic. deleg. & in l. culpa caret. ff. de reg. iur. & Iaſ. in l. vt vim ff. de iuſt. & iur.
d In ca. 1 de offic. deleg. cū ei annot.
e In c. ſi quis viduam, 50. diſt.
f In c. Petrus de homicid.
g 17 q. 4.
h Per c. cum quis de ſent. excom. lib. 6.
i Per c. ſicut dignū parag. c. de homici.

k Declaratio *ſexta* adiungitur, quod præcedens declaratio fallit, cum quatuor concurrunt, ſcilicet poteſtas impediendi, obligatio id faciendi, commoditas eiuſdem, & notorietas delicti, hoc eſt, vt manifeſtum ſit illud eſſe delictum, & manifeſto fiat: ita enim concurrentibus non ſolum præſumitur conſenſus, ſed etiam auxilium *l*: per quod ibi late oſtendimus, non ſolum probari hanc fallentiam, ſed etiam præcedentem declarationem regulariter eſſe veram: quod ad interpretandum plurimos canones, & leges, memoriæ mandandum eſt.

k In nu. 18.
l Per capit. quantæ de ſent. excom.

20 m Ex prædictis inferri oſtenditur, quod ratio, qua non defendens proximum peccat, nō eſt, quia conſentit effuſioni, ſiue

m In nu. 20.

defendat,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

defendat,ſiue non:nam conſentiendo peccat,& non peccat, ſi non conſentit,ſiue defendat,ſiue non,ſi alia lege ad id non tenetur. Ratio autē vera cur peccat eſt,quia omittit facere quod ei lege charitatis,vel iuſtitiæ pręcipitur vt faciat, interdum cū damno ſuarum facultatum& honoris,interdum ſine eo,vt prędictum eſt:quamuis ceteris paribus conſentiendo magis peccet. Et ita iura dicentia,eum,qui non defendit conſentire, non ſignificant,non conſentientem non peccare,ſed potius nō defendentem præſumi conſentire:quod eſt verum de illo,qui debet,& poteſt commode:imo & præſumi auxiliari, ſi cum his tribus concurrat euidentia iniuriæ,vt prædictum eſt.

Dicitur,quod ex prædictis inferuntur decem & octo, quorū aliqua ſubijcimus. *Primum*,nullam trium opinionum celebriū exponentium prædicta iura eſſe omnino veram:nō opinionem Ioannis,quā Bernardus refert *a*,qui nimis ea extendit ad omnes,qui quomodolibet poſſunt,non defendunt:non etiam opinionem Bernardi, qui nimis ea reſtringit ad ſolos habentes publicam poteſtatem:nam ex multis eorum conſtat loqui etiā de priuatis:non item Innocentij,& Panormitani,& communis, qui partim ampliant,& partim reſtringunt,pluſquam prędicti, dicentes ea loqui non de omnibus perſonis,tam publicis, quā priuatis,ſed de ſolis dolo id facere omittentibus:veritas enim habet quod ad effectum peccandi loquuntur de omnibus perſonis,tam priuatis,quam publicis,& tam de omittentibus dolo,quam negligentia,& deferendo, vel non deferendo opem, modo lege iuſtitiæ,vel charitatis ad id teneatur. Dixi, *ad effectū peccandi*,nam ad effectum incurrendi cenſuras, & reſtituendi damnum ſolum comprehendunt obligatos ad illud,non ſolum lege charitatis,ſed etiam iuſtitiæ: quia hi ſoli incurrunt cenſuras,per adducta latius ibi,& tacta ſupra *b*.

a In dicto c. quanta.

b Ca.17.n.25 & in prædicto Tractat. q. 2 mon. 3.

21 *Item c* Ponitur,quod nec gloſſa,nec doctores attigerunt verum ſenſum prædicti capituli *d*,quem tamēnos ibi damus *e*,ſcilicet quod cuicunque poteſt commode,& non defendit clericū ab iniuria manifeſta,quę manifeſte infertur, eſt excommunicatus,vel cenſendus talis:ratio eius noua eſt, quia opitulatur, aut pręſumitur aliquo modo ei opitulari, & ita legem iuſtitiæ violare. Dixi, *Eſt excommunicatus*,ad includendum eum qui vere omittit defenſionem ad opitulandum. Dixi, *vel cenſendus*,ad includendum eum,qui non vere omittit ad opitulandum,ſed ob timorem,pudorem,vel negligentiam. At quia non obuiat manifeſto delicto manifeſte facto,cum commode poſſit, præſumitur velle opem ferre,vt ibi latius deducitur.

c In 28 nu. & duobus ſequentibus.

d c. Quanta de ſent. excommun.

e Num. 30.

*Dicitur deinde f* Quod ratio a nemine reddita:quia niti poteſt rigida illa,ſed iuſta deciſio Bart. *g* ſcilicet,quod quāuis regulariter nemo puniri debeat,eo quod ſciat parari delictum,& non indicet:fallit tamē in filio,ſeruo,& ſubdito ſciente parari illud in patrē,dominū,aut alium ſuperiorem,præſertim ſupremum.

f In nu. 28.

g In l. vtrum, ff. ad l. Pomp. de parric.

Eſt,in-

Eſt, inquam, ratio, quod alij ſolum regulariter delinquunt cõtra præcepta charitatis, hi vero contra præcepta iuſtitiæ, quæ iubet, vt ſuperiores defendant inferiores, & contra inferiores ſuperiores, vt ſupra tactum eſt: quam rationem Baldus ſi conſideraſſet, & qui eum ſequuntur relati à Felino *h*, non tam acerbe in Bartolum inuectus eſſet. Qua ratione merito acrius animaduertitur in eos, qui magiſtratus, vel miniſtros eorum nõ defendunt, quam qui aliquos priuatos non tuentur.

h In dict. c. quanto.

*a Dicitur* etiam ex eiſdem colligi rationem nouam, cur regulariter, qui alium non defendit, quamuis in eo peccet, non punitur in foro exteriori, neque canonico, iuxta communem ſupra relatam, & in foro cõſcientiæ ſic: quod ſcilicet omiſſio defenſionis regulariter non eſt contra iuſtitiæ leges, quamuis ſit frequenter contra leges charitatis, & ideo legum iuſtitię pœnis puniri non debet.

a In .35.

22 *b Dicitur* pręterea, neminem incurrere cenſuras, vel irregularitates non defendendo alium, niſi lege iuſtitię ad id teneatur: ideoque recte nos reſpondiſſe clerico cuidam inſulano, non incurriſſe irregularitatem propter homicidium ſequutum, eo quod ipſe ſciens illud tractari non monuit occiſum *c*.

b In c. 34. & ſeq.
c Arg. gloſ. 1. ſi quis viduã 50. di. & doctrinæ Innoc. in c. Petrus, de homicid. & S. Anto. 2. part. tit. 28. ca 2.

*d Dicitur*, quod recognoſcens Manuale Hiſpanum antea compoſitum die glorioſiſſimę Magdalenę ſacro, anno 1556. eius vt puto beneficio, inueni ſolutionem cuiuſdã antinomię, quę me diu, multumque torſerat inter concluſionem cõmuniter receptam, & ſupra *e* poſitã, quod nemo regulariter tenetur ad præſtãda opera miſericordię corporalia ſub culpa mortali, niſi egẽti eis extreme: & inter illã certam, quod quilibet tenetur bouẽ etiam proximi inimici errantem reducere, ſi poteſt, ad illum, aſinum item ſub onere iacentem ſubleuare, vel ad ſubleuandũ iuuare, ſi credit probabiliter alium id non facturũ *f*: quod probat idipſum faciendum eſſe de veſte, & de qualibet alia re proximi amiſſa. Quę proculdubio locum habent, etiã cum proximus non eget eis extreme. Solutio autẽ vera & noua eſt, quod illa procedit quoad opem dãdam egenti, & de lucro tractanti, hæc quoad opem dandam de dãno vitando tractanti. Pro quo diſcrimine facit, quod & plus fauẽt iura agenti de damno vitãdo, quã agẽti de lucro captando *g*. Ex quo, & poſitis ſupra *h*, infertur, hanc item cõcluſionem procedere ad iter faciẽtem, qui offendit mulionem egentem ope alterius, ad eleuandum mulum luto hærentem: nã ſi eſt iter à multis frequentatum, quos credit probabiliter ei auxiliaturos, nõ peccat mortaliter non opitulando ei, alioqui ſic, vt peccaret, ſi iter eſſet à paucis frequẽtatum: & ad inuenientẽ iumenta proximi ſegetes depaſcentia, & ad videntẽ ędes, ſegetes, aut ſuppellectilem proximi ardere, & non extinguit cum poſſet ignem, ad audientem famæ proximi grauiter detrahẽtẽ, qui licet ei non credat, putat tamen alios credituros, ſi ipſe non reſiſtit: & alios id generis innumeros videntes

d In n. 39. & 40.
e Num 5.
f Iuxta d. c. Exod. 23 & Deut. 22.
g l. 2. parag. portio, ff. ad leg. Rhod. de iactu, & d. l. ſi. ff. de peri. & comm. rei vend. l. ſi is, cui parag. ſi ff. de furt. & l. ſi ſterilis, parag cum per venditorem, ff. de act. empt.
h Num. 17.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dentes notabiliter lædi proximi ſalutem mentis , vel corporis, & honorem, vel rem familiarem: nam ſi credunt alios non impedituros illa mala, & ipſi non impediunt, peccant mortaliter. E quibus etiam eſſe videtur, qui videt alium ementem animalia, pannos, prędia, vel alia vitioſa, vel longe minora, vel peiora, quam putat ipſe, & non monet illum.

23 *a* Probatur rurſus, & defenditur cõcluſio huc pertinens poſita ſupra *b*, ſcilicet peccare mortaliter eum, qui cum poſſit, non impedit peccatū proximi. Quę quidem concluſio probatur, *primo*, quod per dictum ca. *non in inferenda*, & alia multa concluſū eſt ſupra, lege charitatis obligari nos omnes ad impedienda mala vitam corporalē proximo adimentia: at vita animæ pretioſior eſt, & magis diligenda quam corporis, ſecundum S. Th. receptum *c*: ergo magis tenemur ad impediēda mala quę ei vitā animę adimūt: ſed peccatū mortale ei adimit vitā animæ *d*, ergo, &c. *Secundo*, quod mortaliter peccat, qui proximum volētem ſe pręcipitare non retinet cū poſſit *e*: & qui non extrahit etiam inuitum è domo iam ruitura *f*. *Tertio*, quod peccat mort. qui, vt ſupra proxime dictum fuit, poteſt impedire dānū proximi, quod credit ab alio non impeditum iri, & nō impedit *g*: at nullum damnum eſt maius proximo, quam mors animę, quā peccatū mortale infert, ergo, &c. *Quarto*, quod magis tenemur ad impedienda futura peccata, quā ad punienda pręterita *h*: at conſtat ad corrigenda pręterita proximi peccata nos teneri *i*: à fortiori ergo tenebimur ad peccatū nōdum commiſſum impediendū: vnde ad impedienda peccata futura in omni caſu inquiri poteſt, iuxta quoddam dictū ſingulare Innoc. IV. *k* non tamē ad punienda præterita, niſi certis caſibus, vt dictū eſt *l*: & à laico clericus capi poteſt ne committat, non tamen pro commiſſis, iuxta Panorm. *m* communiter receptum. *Quinto*, quod ad euitandum ſcandalum qua proximus peccaret, debemus facere aut omittere omnia, etiam in Euangelio conſulta, quę ſine peccato poſſumus *n*, vt ſunt aliquot eleemoſynæ, ergo, &c.

Quę concluſio procedit *primo*, non ſolum quando ſine damno, pudore, & dedecore id facere poſſumus, vt dicit Feli relatus & cõfutatus ſupra *o*, ſed etiamſi oporteat ob id amittere facultates & honorem, imo & vitā, quando eius anima in extrema noſtrę opis neceſſitate conſtituta eſt. Procedit etiā quando nō eſt in extrema noſtrę opis neceſſitate, ob ſuā tamen imbecillitatem, vel ignorantiam craſſam, aut affectatā, aut ob alias cauſas, & occaſiones peccādi in ea eſt neceſſitate, vt niſi nos ei opitulemur, peccatū mortale commiſſurus ſit, & ſpiritualiter moriturus: & ſi opitulemur, nō: quę eſt ſingularis doctrina pientiſſimi, eiuſdēq; doctiſſimi Adriani *a*, quę prędicto die Magdalenæ ſacro, caſu reperta magna me liberauit animi anguſtia, ſimul dolore afficiens, quod nulla eā ratione fulciat, ſolū inferēs ex ea eleemoſynā ſpiritualem arctius pręcipi quam corporalem,

a In n.41. & ſeptem ſeq.
b In c.14. n. 7.
c 2.2. q.26. art.5. & probatur in c. ſi habet, 24. q.3.
d Cap. reſuſcitatus, & c. omit. de pœnit. diſt. 1.
e C. nimium 23. q.4.
f Dicto cap. ipſa pietas.
g Exod. 23. & Deut. 22.
h Arg. cap. 2. præterea, de ſponſ. & corū quæ late citamus in ea. inter verba, 11. q.3
i Matt. 18. & c. ſi peccauerit 2. q.2.
k In c. 22. de poſtulat. prælat. communiter recep.
l In c. 18. & dicetur infra c. ſeq.
m In c. 3. & c. vt famæ, de ſent. excomm. & c. cum non ab homine de iudic.
n Cap. 2. de noui op. nuntia.
o Num. 18.

a In 4. de correct. frat. col. 12.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lẽ. Pro qua tamen adduximus rationem quã numquã alibi audire, vel legere meminimus, videlicet, nos teneri ad impedienda mala proximi, etiam quæ ille vitare poteſt ſi vult, modo ſint eiuſmodi, quibus iuſte nõ poteſt conſentire, qualia ſunt præcipitium, ſuſpendium, domus ruentis oppreſſio *b*, quales itẽ cibi, vel potus, vel medicinę ad vitam neceſſarię renutus *c*, mors itẽ, & mutilatio membri *d*. At mors animæ, quã peccatũ infert, eſt eiuſmodi: ergo tenemur ad impediendam eam, etiã illi, qui nõ eſt in extrema noſtræ opis neceſſitate conſtitutus. Itaque inter eleemoſynã ſpirituałẽ, & corporalem in hoc non eſt diſcrimẽ, vt per ſuam illationem ſignificauit Adrianus: quãuis ſit diſcrimen in eo, quod eleemoſynã ſpiritualem tenemur largiri conſtituto in extrema illius neceſſitate, etiã cũ periculo vitę, corporalem autem non, niſi citra illud: per quod eius illatio verificatur. Procedit item præfata concluſio, etiamſi ad impediendum peccatũ mortale proximi oporteat nos nõ vti iure noſtro ſpirituali, vel temporali, quo abſque peccato poſſumus nõ vti, argumento illius *e*, *Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis f*.

b De quibus prædictum agit c. nimiũ & d. c. ipſa pietas.
c Iuxta glo. ſolen. in para. 1. 83.
d l. liber homo, ff. ad l. Aquil. c. contingit, de ſen. excom.
e Matt. 18.
f Et c. 2. de oper. nou. nunc S. Th. 2. 2. q. 43. ar. 7. & 8.

Non autem procedit prędicta concluſio, niſi concurrentibus tribus, quę requiruntur vt nos præceptum fraternæ correctionis obliget, videlicet, certitudo quod peccatũ eſt mortale, ſpes effectus impeditionis, & opportunitas tam perſonæ, ſcilicet quod ſit quæ magis ad id teneatur, ſaltem ob negligentiam magis obligatorum & quam etiam temporis, vt colligitur ex rationibus Sancti Thomę, & aliorum vbi ſupra citatorum, quibus prędicta eſſe neceſſaria, quo præceptum fraternæ correctionis obliget, monſtrauimus.

Non itẽ procedit, quãdo proximus nõ eſt peccaturus ex ignorantia, vel fragilitate, ſed ex malitia, & ad impediendũ oportet vt quis deſinat vti iure, vel bono ſuo ſpirituali, vel tẽporali, iuxta illud *g*: *Sinite illos, cæci ſunt, &c.* & allata per S. Tho. *h* notata per noſtros *i*. Quod confirmatur eo quod diximus ſupra, ſcilicet non teneri quem ad donandum centum (etiamſi poſſit) ei, qui ſeſe furca ſuſpenſurum affirmat niſi ea donentur.

g Matth. 15.
h Vbi ſupra.
i In cap. qui ſcandalizauerit. de reg. iur. & d. c. 2. de oper. c. 2.

Per quas declarationes facile ſoluuntur quatuor argumenta cõtraria. *Primum*, quod non peccat mortaliter, qui petit mutuũ ab vſurario, quem credit non niſi ad vſuram daturum. *Secũdum*, quod nec qui à parocho petit, vt ſuum filium baptizet, credens eum peccaturũ mortaliter, quia credit eſſe in mortali, & antea non contritum iri. *Tertium*, quod neque mulier, quæ ob vanam gloriam venialiter ſine alio fine mortali ſe comit: quamvis credat aliquem ob id concupiſcentiam mortalem concepturum.

*Quartũ*, quod nemo tenetur ad eleemoſynam impartiẽdã ſub pœna peccati mortalis, niſi in extrema illius neceſſitate conſtituto, vt dictum eſt *a*. Et qui vult mortaliter peccare ſciẽs id eſſe tale, non eſt in extrema neceſſitate opis alienę, cum voluntarie id faciat *b*. Poſſunt etiã ſolui duo prima per duas declarationes

a Supra n. 13
b 15. q. 1. para. 1.

poſtre-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſtremas. Tertium vero de muliere ſe comẽte per adductã ſupra e. Quartum autem ſoluitur per primam, & ſecundam declarationẽ: quatenus habent, teneri nos ad impedienda mala proximi, quibus ille iuſte conſentire non poteſt, quamuis non ſit in extrema noſtrę opis neceſſitate conſtitutus.

e Ca. 3. n. 5. & ca. 23. nu. 19.

## De peccatis diuerſorum ſtatuum, & primum Regum.

### CAPVT XXV.

1 *Rex vt peccat aliena capiens, & capta non reſtituens male, vel in malum finem gubernans.*

1 *Rex ſeditiones excitans, vel ſubditos non exercens peccat.*

2 *Rex arces non muniens, vel armentis carens vt peccat & 3.*

4 *Rex legem pœnalem ferens, vel vias, & lites negligens, vt peccat.*

5 *Lex diſponens circa legem naturalem, vel ſuam, vt peccat.*

6 *Rex tollens ſubditis bona ſua, & libertates, vt peccat.*

6 *Rex bellans iniuſte, vel malo fine vt peccat.*

6 *Rex iura noua indicens & viſitantes impediens, vt peccat.*

7 *Rex cogens operari ſubditos, & eorum delicta non puniens, vt peccat, & 8.*

7 *Rex officia ſua vendens, & indignis conferens peccat, & 8.*

8 *Rex matrimonium contrahere cogens vt peccat.*

8 *Rex beneficia indignis conferens, & malam conſuetudinem ſeruans, 9.*

9 *Rex damnans inauditum, vel auditum male, vt peccat. 10. & 11.*

1 Dicendũ quod peccat mortaliter *primo* Rex, vel monarcha, qui aliena regna, & dominia iniuſte quærit, vel iniuſte quęſita nõ reſtituit, nulla iuſta cauſa ab hoc excuſante *a*. Venialiter autẽ periculoſe qui ea etiam iuſte quęſita gubernat principaliter ob voluptates, vel diuitias, aut gloriam, & honorem *b*. Nam vt ſancte reſoluit S. Thomas *c*, finis primarius laborum eius vix tolerabilium debet eſſe ipſe Deus, cuius vices in terra gerit, & vera beatitudo, de qua ſupra *d*.

*Secundo* peccat, qui iuſte poſſeſſa iniuſte gubernat, non reddendo ſuũ cuique ius, vel excitando factiones, vel nõ ſedando eas, non prouidendo annonæ, vel aliarum rerum caritati, aut præficiendo rectores indignos, aut non ferendo leges neceſſarias, vel conſtitutas non exequendo, aut non communiendo armis, artibus, & exercitiis ad ſe, & illa tuenda neceſſarijs, adeo vt iudicio prudentis ea, vel partem eorum probabili amiſſionis periculo ſubijciat, iuxta mentem eiuſdem S. Thomæ *e*.

2 *Tertio*, peccat, qui per incuriam non habet propria armenta boum, & greges ouium, arietum, porcorum, & mares ſelectos, quo

a Cap. quod culpatur, 22. q. 1. c ſi res, 14. q. 6 adiuncto c ſæpe de reſtit. ſpol.
b Per ſupradicta, c. 23. n. 73.
c De regi. princ. l. 1. c. 7 & 8. d. prælu. 4.
d Vbi ſupra, c. 15 & probatur per ca. adminiſtratores, 23. q. 5. & c. alius, 15. q. 5.